

DE OFFICIO AC VITA CLERICOR. Fo. VIII.

mus repurgari Breuiaria. Nam cum olim a sanctissimis patribus institutum sit, ut solæ scripturæ sacrae in ecclesia recitaretur, nescimus qua incuria acciderit, ut in earum locum successerint alia, cum his neutiquam comparanda. Atq; interim historiæ sanctorum tam in cultæ ac tam negligēti iudicio con scriptæ, ut nec autoritatem habere videantur nec grauitatem. Deo itaque authore, deq; consilio Capituli nostri, ac Theologorum, aliorumq; piorum virorum, reformationem Breuiariorum meditabimur.

In Concilio
Aphrica.

Pro cuiuslibet affectu, non facile nouandum quid in ecclastico officio. Cap. VII.

SVnt in clero zelum quidem dei habentes, sed non secundū scientiam, qui Roma.10
Spriuatis quibusdam affectibus ducti, vel testamēto, vel (vt vocant) foundationibus efficiunt, vt noua festa, pr̄ter ecclesiæ authoritatem, solemniter subinde celebrentur. Quo interim fit, vt preces horariæ, ac reliqua publice recepta pro affectu cuiuslibet facile nouentur, id quod nobis non satis probatur. Necq; enim errarunt patres, a quorum institutis in dicendis precib; vtinam tam longe discessum non fuisset. Q; si hic singulorum affectibus indulgebitur, tandem antiquus ritus penitus euanelcer.

Quo affectu horarias preces per soluere oporteat. Cap. VIII.

Noni sufficerit aut̄ preces istas horarias vtcūque permurmurasse, sed vt conciliari constitutione cautum est, presbyter ex intimo affectu, eleuataq; mente in solum deum, nocturnum hoc, diurnumq; sua seruitutis pene exolutat. Maledictus enim qui facit opus domini negligenter. Alioqui in precantes competit, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longe est a me. Q; maxime vero orantem cauere oportebit, ne alio respiciat q; ad deum. Q; si externæ gloriæ aucupandæ aut lucri gratia, deniq; potius ex more q; mente orare instituat, pars eius inter hypocritas reputabitur, de Matth.6
quibus dominus in Euangeliō pronuntiavit, q; ament in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videātur ab hominibus, proindeq; mercedem suam receperint. Et alibi ipsiō interminans: Væ (inquit) vobis scribat Matth. 23
& pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarū, oratione longa orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Alibi quidem dñs ait, Oportere Luc.18
semp orare, ac nunq; deficere, sed alia prorsus ratione q; precabant pharisæi: nēpe, secundū diui Pauli sententiā, qui diuini numinis clemetiā sibi concilia re volet orando, oculis interioribus in celum semper intentus, orabit spiritu, orabit pariter & mente, psalhet spiritu, psalhet & mente, quemadmodum de Anna Samuelis matre legimus, q; multiplicans preces, coram domino lo quebatur in corde suo, tantumq; labia illius mouebātur, & vox penitus nō audiebatur. Effudit enim animam suam in conspectum domini. Deniq; curandum est, vt poenitenti animo ac corde contrito, humiliatoq; gratiæ deo 1.Reg.1,

B ij dican